

*91. Instrumentum testamenti di Graziano
de Iacobini de Gratiano, arciprete*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*91. Instrumentum testamenti di Graziano
de Iacobini de Gratiano, arciprete*

1392-09-23

(c. 181r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo tricentesimo nonagesimo secundo, regnante serenissimo domino domino nostro Ludovico secundo Dei gratia inclito regge <sic> Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apuli#, Andegavie et Turonie duce, comitatum Provincie et Forcalquerii et Pedimontium ac Cenomanie comite, regnorum suorum anno nono // (c.181v), die vicesimo tertio mensis (settem)bris, prime inditionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Gabriel Strambus de Potentia annalis iudex ipsius civitatis, Franciscus notarii Iacobi de eadem civitate publicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico declaramus, notumfacimus, fatemur atque testamur quod nobis predittis iudice, notario et testibus, ad requisitionem et preces nobis fattas pro parte venerabilis viri dopni Gratiani de Iacobini Gra(tia)ni, <accersitis ad> domum Ioannis de Angelica, <iuxta> rugam publicam et alios confines, invenimus eundem dopnum Gratianum archipresbiterum in sala ipsius domus, in letto iacentem, infirmum, qui archipresbiter in nostrum ibidem presentia, infirmus corpore sanus tamen mente ac in recta sui memoria et loquutione pariter existens, considerans statum humane nature et quod nil est certius morte et nil incertius hora eius et quod mors Gli anni di regno sono computati dalla morte del padre, il 20 settembre 1384, con anno incipiente abbreviato, ovvero è ipotizzabile un errore di calcolo giacché il IX anno di regno, per anni interi, si era chiuso il 20 settembre.

nullis auxiliatur potentiis nec auxiliis suffragatur, nec argento vel auro redimitur, nec postest quomodolibet evitari, volens saluti sue anime providere et bona sua disponere et salubriter ordinare, ministrant(e) sibi gratia Salvatoris, ut inter heredes et successores suos nulla post obitum discordia oriatur ac timens, ne quod absit, decederet intestatus, bona, ut predicitur, fruens memoria et sano sensu, presens sive ultimum testamentum nuncupativum in nostrum qui supra iudicis, notarii et subscriptorum testium in modum qui sequitur condidit testamentum seu ultimam voluntatem et condere dignum duxit. Quod quidem testamentum dittus testator valere voluit et mandavit iure testamenti, et si iure testamenti forsitan non valeret seu valebis, saltem valere voluit et mandavit iure codicillorum, donationis causa mortis, ep(isto)le et cuiuslibet alterius ultime voluntatis prout melius et de iure valere potest <et> debet et debitam efficaciam // (c. 182r) obtinet, itaque in omnem eventum et casum dictum testamentum et contenta in eo realiter exequantur et executionem demandetur iuxta voluntatem, ordinationem et mentem testatoris eiusdem, cassans dittus testator, irritans et annullans ex certa eius scientia omnia alia testamenta, codicillos seu ultimas voluntates per eum huc usque ab hactenus <sic> condita vel etiam ordinata seu ordinatas, sub quacumque verborum serie sive forma, volens et mandans quod hec sit sua ultima voluntas et quilibet sibi quocumque iure succedens teneatur efficaciter adimplere. In primis, quia heredis institutio cuiuslibet testamenti dignoscitur esse capud, dittus testator instituit, ordinavit et fecit sibi heredes dopnum Leonardum de Moyse, nepotem suum, et Cominam de Puteo, neptem suam, in tarenis sex tantum pro quolibet ipsorum pro ipsa hereditate

et non plus, et voluit quod sint contenti et de bonis ditti testatoris amplius petere non possint; item legavit corpus suum sepelli intus ecclesiam santi Gerardi, in sepulcro clericorum; item legavit pro malis oblati incertis unciam unam; item legavit et mandavit testator ipse quod omnes clerici Potentini et fratres Minores Santi Francisci interessent et esse debeant in obsequiis suis cum crucibus et indutti super bocis, quibus per suos epitropos infrascriptos exhibeatur cera et pecunia ad eorum arbitrium, ut est moris; item legavit omnes presbiteri et fratres Minores ad omnemque presbiterum induciant se in obsequiis suis ad celebrandum, ipso die, quilibet ipsorum unam missam, quibus satisfiat per ipsos epitropos, ut moris est; item legavit ecclesie Santi Gerardi faces quatuor librarum trium cere pro qualibet, accendendas in obsequiis suis; item ecclesie Santi Michaelis facemf unam simili modo et forma; item legavit ecclesie Sante Trinitatis similiter facem unam; item legavit ecclesie Santi Francisci similiter facem unam; item legavit monasterio Santi Luce similiter facem unam; item legavit monasterio // (c. 182v) Santi Lazari similiter facem unam; item legavit ecclesie preditte Santi Girardi calicem unum de argento valoris unciarum trium carlenis, sexaginta per unciam computandorum, emendum per predittos suos epitropos, in ecclesia prelibata; item legavit domino episcopo Potentino, quod si fiat et celebret officium super baratrum defuncti, tarenos sex et in casu quo idem episcopus dittum officium non fiet seu celebrabit, non habeat ipsos tarenos sex, nec possit eos petere; item legavit Angelillo de Gra(n)no petiam unam terre sitam in territorio ditte civitatis in contrata Conduct(i), a tribus partibus iuxta terras Nicolai de Oppido, iuxta

viam publicam et alios confines, tali conditioni adietta quod ipse Angelillus vel heredes et successores sui imperpetuum non possint, audeant nec valeant terram ipsam alicui vendere, donare vel permutare; et ubi forte predittus Angelillus, heredes vel successores sui vellent ipsam terram vendere vel alienare, donare vel permutare aut affitt(are), licitum sit dittis Santi Girardi preditti, autoritate propria, terram ipsam recipere et tenere pro luminariis Santi Girardi et ecclesie preditte, quia sic testator ipse voluit et expresse mandavit; item legavit Angelillo Ventre terram unam sitam in eodem territorio in contrata Santi Lazari, iuxta viam publicam de moragiis, iuxta quintanam vicinalem cum Canio de Guilla et alios confines; item legavit camer(e) domini episcopi Potentini ortale unum situm intus t(terr)a casalis, iuxta ortale ditti episcopi, iuxta ortale episcopi Marsicensis et alios confines; item legavit Barthomutio et Ansaysio de Gra(n)nis ortale unum quod habere se dixit pro indiviso cum eisdem, situm in contrata Pasti, suis finibus designatum; item legavit preditte camere ditti episcopi Potentini ortale unum aliud quod est pro indiviso cum Mutio de Bastiano, situm in eadem contrata Pasti, iuxta terras ab omni latere ditti domini episcopi Potentini; item legavit diacono Iacobo Ventre, amore consanguinitatis, petiam unam [terre] sitam in eodem tenimento in eadem contrata contrata Pasti, omnibus partibus iuxta viam publicam et alios fines; item legavit luminarie Santi Girardi petiam unam terre // (c. 183r) sitam in eodem tenimento in contrata Putei Falense, cum medietate pantonis usque versus aquar(um) <sic>, reliquam nam medietatem ditti pantonis dittus testator legavit dopno Leonardo preditto amore consanguinitatis, qua terra confinat(ur) cum terris Margarite de Madio,

viam publicam et alios confines; item legavit preditte luminarie territorium unum situm in eodem territorio in contrata Mili Cotogni, quod est pro indiviso cum Santillo Conte et Angelillo Conte, iuxta terras que fuerunt quondam domini Aymarii et alios confines; item legavit eidem luminarie terras omnes que sunt in contrata Vallone Dobussa, iuxta terras Santilli Conte et Angelilli Conte et alios confines; item legavit ecclesie <sancte> Trinitatis de Potentie petiam unam terre sitam in eodem tenimento in Matine de Gran(ni)s, ubi dicitur la Bufata, iuxta terras ditti Girardi mediante via vicinale et alios fines; item legavit ditto diacono Iacobo Ventre domum habitationis sue predittam, suppodanium unum matreum, vegetes duas ad vinum, una quarum est capax salmarum quatuor, aliam salmarum quinque, iuxta conditionem adiectam quod dittus diaconus Iacobus, veniens ad ordinationem sacerdotalem, teneatur semel in edomada celebrare missam unam dum vixerit pro anima ipsius testatoris et, post mortem ipsius diaconi Iacobi, debeat dimictere et remane(re) uni alteri presbitero ditte ecclesie Santi Girardi cui melius videbitur et placuerit domum predittam cum predittis bonis seu rebus, celebrando similiter et sic de singulis imperpetuum; item legavit ditto diacono Iacobo Ventre vegetes alias duas permilas ad vinum, amore consanguinitatis; item legavit eidem diacono Iacobo et Angelillo eius fratri mataratia duo, unum de burdo aliud de interlice listatum bombice plena lane in eisdem, culcitram unam plenam pennis, sacconum unum de inebitis <sic> cum bastis bambacinis, par unum linteaminum, cultram unam ad telam tres, trappetum unum et plumatium unum plenum pennis, amore consanguinitatis; item legavit hospitali Santi Spiritus et hospitali Santi Iacobi de Potentie omnes

alios pannos de letto // (c. 183v) remanentes, dandos
 per manus epitroporum suorum; item legavit sorori
 Loysie nepti sue, ad quod sibi tenetur, de fr(ument)o
 ad tumulum thuminos sexdecim, item eidem, amore
 consanguinitatis, mantellum unum pretii carlenorum
 quindecim; item legavit Fusotto de Melfia, amore
 consanguinitatis, tarenos tres; item legavit eidem Loysie,
 amore consanguinitatis predicto, tarenos quindecim;
 item legavit Angelillo Ventre, amore consanguinitatis
 et servitiis prestitis, tarenos decem et in fr(ument)o
 thuminos quatuor; item legavit Merardo de Casali Aspro,
 amore consanguinitatis, tarenos duos; item Barthomutio
 predicto similiter tarenos duos; item legavit preditte
 Comine de Puteo, amore consanguinitatis, tarenos
 quindecim et fr(ument)i ad tumulum thuminos otto;
 item legavit Angelillo de Gran(n)o predicto viniale
 unum in contrada de Grannis, supra vineam ditti
 testatoris, iuxta vineam ditti Antonii de Aliduca et
 alios fines, amore consanguinitatis; item legavit eidem
 Angelillo vineam unam suam predictam sitam in
 eodem tenimento in eadem contrada de Grannis cum
 vendemia, iuxta dittum vineale, iuxta vineam Cecilie
 de Gran(n)o, iuxta vineam Barthomutii de Gran(n)o
 et alios fines, amore consanguinitatis, dittam terram
 quod dittus Angelillus det et assignet et renuntiet
 per se <et> heredes et successores suos partem sibi
 contingentem in quadam alia vinea, cum vendemia
 predicta, quam habet pro indiviso cum Nicolao de
 Gran(n)o fratre suo, in eadem contrada, predicto Nicolao
 fratri suo, heredibus et successoribus suis; item legavit
 eidem Angelillo vegetem unam salmarum novem; item
 legavit monialibus Santi Luce, qui intersint in obsequiis
 suis, tarenos quatuor et medium; item legavit similiter

monialibus Santi Lazari tarenos tres; item legavit dopno Clemento de Grosso, patreno suo speciali, tarenos duos; item legavit diacono Iacobo Ventre sacconum unum situm <sic> ad bleventum plenum bombice; item legavit preditto Angelillo Ventre tunicam // (c. 184r) unam de bleueto; item legavit animalia vestimenta sua predittis Iacobo et Angelillo fratribus; item legavit diacono Angelillo domini Ylarii, pro suis fatigiis, tarenos sex; item voluit dittus testator et mandavit expresse quod si aliqua ex bonis suis remanserint, solutis omnibus legatis predittis et omnibus integraliter satisfattis, sint et esse debeant diaconi Iacobi Ventris, antiqui et matris eorum; item legavit donno Antonio de Gatta pro fatigiis epitropationis fiendis per eum tarenos sex; item dittus testator fecit, constituit et ordinavit suos epitropos, distributores et executores presentis sui testamenti predittos dopnum Leonardum de Moyse, diaconum Iacobum Ventre, dopnum Antonium de Gatta et diaconum Angelillum domini Ylarii quemlibet eorum insolidum dans et concedens dittus testator dittis suis epitropis, distributoribus et exequutoribus et cuilibet eorum insolidum liberam, plenariam et omnimodam potestatem vendendi, alienandi et distrahendi tantum de bonis ditti testatoris mobilibus seu stabilibus, donec presens instrumentum et legata in eo contenta debite executioni plenarie exequantur. Unde ad futuram rei memoria et preditti testatoris preces et omnium quorum et cuius interest et interesse poterit certitudinem et cautelam, fattum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei preditti notarii signo, meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac omnium predittorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

10

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

Quod scripsi ego predittus ut supra notarius qui premissis
omnibus vocatus et rogatus intefui ipsumque meo
consueto signo signavi; superius autem ubi legitur

Così S forse per indumentis

Così S forse per superbrachiis

Così S forse per inducentes

Così S per feretrum

Così S per? presbyteris

Omissione in S

Ovvero de Gratiano (da docc. coevi, qui e in seguito)

Così S per Pasci (qui e in seguito)

Così S per sancti

Così S per? alia

Così S per Antonelli

Così S, in docc. coevi Gaeta (qui e in seguito)

Così S per? conditione adiecta

«donare vel permutare», item alibi ubi legitur «donare vel permutare», ut prefertur, interlineatum et emendatum est per me predittum notarium non vitio, sed quia scribendo erravi, unde pro autentico habeatur. Quod scripsi ut supra Franciscus. Ego Gabriel Strambus annalis iudex civitatis Potentie qui supra Ego dopnus Gregorius archipresbiter // (c. 184v) Sante Trinitatis interfui Ego dopnus presbiter Demetrius de Gratoso canonicus Potentinus interfui Ego Loysius de Gesualdo testis sum Ego presbiter Leonardus Millarino testis sum Ego Ciccarellus della Coprinibibus testis sum Ego dopnus Angelus de Rotundo testis interfui

15